N° 188

COLLEGIUM SANITATI PUBLICÆ INVIGILATURUM

HELSINGORÆ,

Cui jussu Regis Augustissimi demandatum est salubritasis testationes dare, notum facit, quod Navarchus hic G. G. Schioff hodie coram nobis declaraverit, se navem Jupiter dictam, quam egit e portu Stralsundensis ubi, ut et in insula urbeque nostra Dei numine Divinaque indulgentia nulla pestis nec ullus morbus contagiosus grassatur, die XVII Novembris petendo directurum, Navis Indico & Cera onusta. Proinde ab omnibus, quibus litoris aut portus alicujus custodia commissa est, petimus, ut hunc nominatum Navarchum cum suis Decem nautis non solum libere, sine interpellatione, mora aut quocunque impedimento, iter suum prosequi permittant, sed etiam huic Navarcho, si opus fuerit, omnia humanitatis officia præstent, idem vicissim apud nos eâdem aut simili oblata occasione experturi. In fidem hujus testificationis has literas collegii nostri sigillo obsignavimus.

HELSINGORÆ, DIE XVII Novembris ANNO MDCCC XXIIII

Louis Suven   [illegible]   [illegible]   Grimen   Müller

Don Luis J. Badin, Consul de S. M. Catolica en Elseneur Reyno de Dinamarca

Certifico, doy fé y verdadero Testimonio à quantas Personas la presente vieren qe las firmas precedentes son las de la Comision de Quarentena en esta Ciudad.

Y para que asi conste y se admita libremente en los Puertos adonde llegaré la Embarca-cion Dinamarquesa nombrada Jupiter de porte de 88½ Lastres de Comercio y Once hombres de Tripulacion incluso el Capitan G. G. Schoff, procedte de Stralsund que và destinado pa España con cargamento de Trigo y Cera, producciones de Prusia, doy la presente firmada de mi mano y sellada con el Sello Real de este Consulado en Elseneur à diez y siete de Noviem-bre de Mil ochocientos veinte y quatro

Luis Badin

PORTUS LISERPALI.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos praesentes Literae pervenerint, Nos Ministri Serenissimi Principis Domini nostri Georgii Tertii Regis, Portu Liserpali, in Regno Britanniarum, Salutem.

Cum pium sit et honestum Veritati Testimonium perhibere, ne error aut deceptio praejudicii ipsam opprimat, cumque Navis nuncupata Thomas —— de Teingmouth cujus Nauclerus (sub deo) est Thomas Bulley— quae jam parata est e dicto Portu discedere, et ab hinc (Deo volente) ad Billboa— et alia loca transmarina, cum septem —— hominibus, incluso nauclero, in eadem Nave appellere; Hinc est, quod Universitati vestrae Tenore praesentium innotescimus, Fidemque indubitatam facimus, quod (Deo optimo maximo, summa laus attribuatur) in hoc dicto Portu, nulla Pestis, Plaga, nec Morbus aliquis Periculosus aut Contagiosus ad praesens existit.

In cujus rei Testimonium, Sigilla Officii nostra apponi fecimus. Datum hoc in Regio Telonio praedicti Portu Liserpali, vicesimo septimo die Octobris— Anno Salutis Christianae, secundum computationem Ecclesiae Anglicanae millesimo octingentesimo decimo tertio annoque quinquagesimo quarto Regni dicti Serenissimi Domini nostri Georgii Tertii Dei Gratia, Britanniarum Regis, Fidei Defensoris, &c.

Tho Lowndes
Coll

[illegible signature]

W. Palgrave Jr.
Coll.

OMNIBUS Christi Fidelibus ad quos presentes Literæ pervenerint. Nos Ministri Serenissimi Principis, Domini nostri Regis GEORGII *Tertii* ——— in Portu MAGNÆ JERNEMUTHÆ Salutem; Cum pium sit ac honestum Veritati Testimonium perhiberi, ne Error et Deceptio Prejudicii ipsam opprimat; Cumq; Navis nuncupata *Hope* de *Jernemuthæ* cujus Nauclerus sub Deo est *Thomas Foreman* quæ jam parata est e dicto Portu discedere, et ab hinc, Deo Volente ad *Livorno* ——— et aliâ Loca Transmarina cum *quinque* Hominibus et Pueris in eadem Nave appellere; Hinc est quod Universitati vestræ Tenore Præsentium innotescimus. Fidemque indubitatam facimus, quod Deo Optimo Maximo summa Laus attribuatur, in hoc dicto Portu, nulla Pestis, Plaga, nec Morbus aliquis, periculosus aut contagiosus ad præsens existit. In cujus Rei Testimonium, Sigilli Officii nostri apponi fecimus. Datum hoc in Regio Telonio dicti Portus Magnae Jernemuthae, *Octo* ——— Die ~~18~~ *Novembris 1817* Annoq; Regni *dicti regis* — *quinquagesimo octavo.*

W. Retton [illegible]

contre la peste

URBS ET PORTUS WATERFORDIÆ.

OMNIBUS in CHRISTO fidelibus, ad quos hæ præsentes spectent. Ego, subsignatus Magistratus nostri Regis supremi, GEORGII Tertii, in Portu WATERFORDIÆ regnoque HIBERNIÆ, ut darem solemne honorabileque testimonium veritati, quæ per ignorantiam et prejudiciam occultari sæpe obnoxia est, scire facio, bonam Navem appellatam Telemachus *cujus Gubernator est sub Deo* William Phillips *nunc ad navigandum esse paratam e Portu antea dicto, ad* Corunna *aliaque loca trans maria, cum* Seis *Personis in valetudine sana, et secundum tenorem harum præsentium, hanc declarationem publicam, et securitatem solemnem do, nullam esse in presenti Pestem aut Morbum epidemicum in hoc Regno aut Portu. Cujus in testimonium, his præsentibus meum officiale Signum imposui. Hæ præsentes obsignatæ sunt, in Urbe Waterfordiæ, hoc* 14th *Die* Decr *anno Domini* 1813

Richd Pope
Not Publ

Cor.a En.o 14 de 1814

El Buque contenido en esta Carta fue admitido à libre platica y Com.o y sale sin novedad para su destino.

Rafael de Goyeneyra
Sec.o de la J.ta de Sanid.

V.o B.o
Luis de Lizaraso